

Oratio Ferrery Oratoris regis Galliae ad Patres in Congregatione  
generali die XXV mensis Septembris 1563

Licet Patres Sanctissimi nobis Oratoribus Regis Christianissimi usdem nunc  
 uerbis uobiscum agere, quibus olim egerunt Iudaeorum Oratores cum Aggaeo, Ma-  
 lachia et Zacharia postremis Prophetis et alijs Dei sacerdotibus qui ~~olim~~ <sup>supra</sup> Hieroso-  
 lymis conuenerant. Num ieiunabimus et flebimus quinto adhuc et septimo mense?  
 Centum quinquaginta anni sunt, et eo amplius, ex <sup>quo</sup> ~~quibus~~ Reges Chr<sup>m</sup> petierunt  
 a Pontificibus Romanis Ecclesiasticae disciplina iam tunc labentis, restitutionem.  
 obq; eam tantum causam, nullam praeterea, miserunt ~~sus~~ Oratores ad Synodum  
 Constantiensem, Basilien, Lateran, Tridentinam primam, et hanc secundam,  
 in quibus quae fuerint eorum petitiones scripsit imprimis doctissimus Theologus  
 Ioannes Gerson Regis Chr<sup>m</sup> Orator in Conc<sup>o</sup> Constantien. Deinde testantur Ora-  
 tiones Petri Danesij eruditissimi Antistitis Vauvencensis oratoris etiam in prima  
 Synodo Tridentina, et in hac secunda C<sup>m</sup> et eloquentissimi Collega nostri, qui  
 sic est, Guionis Fabri Ill<sup>m</sup> principis et R<sup>m</sup> Cardinalis Lotharingia.  
 Nihil enim aliud in illis actum est, quam de emendandis moribus et disciplina  
 ministrorum Ecclesiasticorum, non quidem eorum qui iam e uita decesserunt  
 et quorum mores in hoc saeculo amplius emendari non possunt, nec eorum,  
 qui postea erunt, quales erim futuri sunt proorsus ignoramus. Quorum igitur?  
 a partium ~~collectione~~ enumeratione facilis est collectio. Verum adhuc ieiunandum  
 et flendum est, non quidem ut olim illi Iudaei, qui sua culpa quinto  
 et septimo tantum mense septuaginta annos in memoriam captae et combustae  
 urbis et Godoliae interfecti ieiunauerunt, sed continuos ducentos annos, atq;  
 utinam non trecentos, et multo amplius. At dicent nonnulli, nonne abunde  
 uobis satisfactum est duodeviginti mensibus a quibus aduenisus quatuor  
 sessionibus cum hoc Canonibus, decretis, et Anathematibus? ~~Hic respondemus~~  
~~P<sup>r</sup> Sanctus~~ certe si aliud pro alio soluere inuito creditore est, satisfacere  
 nobis est satisfactum: sin minus, creditores adhuc sumus, ~~qui~~ <sup>qui</sup> nunquam  
 anathemata, aut dogmata, uel doctrinae Catholicae definitionem postulauimus,  
 sed tantum reformationem. Huius rei testes citamus ~~sanctos illos~~  
 manes Ill<sup>m</sup> Card. <sup>(quorum memoria sit perpetuam benedictionem)</sup> Martuam, et Seripandi, citamus uos etiam qui adhuc



superstitibus estis Ill<sup>m</sup> Hosia et Simoneta quibus septuagies septies hoc <sup>ipsum</sup> ~~etiam~~ praedicimus  
Vos quoque Clar<sup>m</sup> Cas. ac<sup>us</sup> Oratores, quibus cum iussu Regis nostri hoc ipsum saepius co-  
municauimus: pluresq; uestrum S. P. Itali et Hispani, cum quibus (cum sic adesset)  
uir nobiliss<sup>us</sup> et Ill<sup>m</sup> Orator Lansaccus, magno Dei et rerum bonarum studio dubius  
sapius de hac re uerba fecit. Rursum dicunt Sabendam fuisse rationem eorum qui  
dogmata et Canones, doctrinaq; certam definitionem petierunt. Hoc certe illis concedi-  
mus, si modo et nobis concesserunt in iudicio familiae Herciscundae semper Sabendam fu-  
isse rationem in primis filij primogeniti, hoc est, Regis Ch<sup>m</sup> quem pro primogenito  
agnouit Eccl<sup>a</sup> Rom. ante octingentos annos. Postremo aiunt hoc ingenti ac <sup>magna</sup> ~~perpetua~~  
uolumine reformationis, de quo nunc uos sententiam dicitis omnia contrahi que  
ad disciplinam Ecclesiasticam restituendam necessaria esse uidentur. Audite P<sup>s</sup>  
nam sic est status orationis nostrae. Vidimus libellum illum, paucisq; et breuibus  
nostris animaduersionibus, quas iamdiu dedimus, quae de illo esset nostra sententia sig-  
nificauimus, ac ne uideremur in re tanti momenti nimium iudicio nostro tribuere  
misimus libellum ad Regem nostrum expeditissime. is consultis principibus et regni pro-  
ceribus, secretiorisque consilij uiris prudentissimis et eruditissimis, rescripsit: sibi  
quidem gratissimum fuisse, quod uos animum appulissetis ad negotium reforma-  
tionis adeo exoptatae et necessariae in toto orbe Christiano. Verum pauca in eo  
libello reperiri quibus Catholici homines in officio retineri, aduersarij conciliari  
et infirmi, aut dubij confirmari posse uiderentur. pauca in eo esse quae sacris  
Litteris, et antiqua Patrum disciplinae responderent, multa quae aduersarentur.  
Non esse illud tam longo tempore expectatum Esiae emplastrum ex massa caricarum  
confectum quo Rei P. Christi uulnera sanarentur: immo magis Ezechielis opus  
textorium, quo etiam si sanata essent, uulnera rebellarent et exerudescerent.  
Quae uero de principibus, <sup>in illa causa</sup> excommunicandis et anathematizandis adiecta sunt, ea esse  
sine ullo ueteris et Catholicae Ecclesiae exemplo: atque hinc ut in tanto prophe-  
tismo religionem per uniuersum orbem dissidio amplissima fenestra ad defectum  
et rebellionem seditionibus hominibus (quorum hodie magna est copia) aperta esse  
uideatur. Deniq; totum illud caput de principum reformatione nihil aliud tam  
spectare, quam ut antiquissima Eccl<sup>a</sup> Gallicanae libertas conuellatur, et Regum  
Christianorum auctoritas et maiestas minuat, ~~At ne uideamus omnia adu-~~



~~ferre, audire, si placent quae uera sunt, cum misissimus ad Pium III. Pont. Alex.~~  
~~cuius perpetuam felicitatem, et uitam longeuam semper optabat rex Christianissimus~~  
~~et nostras leges intellexisset, commendauit eas, sicut non dubitabamus eos commenda-~~  
~~tos.~~ Nam Reges nostri, qui semper in fide et obsequio S. R. E. maximiq; Pont. German.,  
serunt, plures leges de rebus sacris et religiosis Constantini magni, Theodosij, Iustini  
ani et aliorum Christianorum Imperatorum exemplo constituerunt, ~~cas leges~~ <sup>cas leges</sup> ~~cas leges~~ <sup>cas leges</sup>  
~~que~~ nunquam antiquis Pont. Romanis displicuerunt: immo plures earum retulerunt  
inter sua decreta, et praecipuos auctores Carolum magnum et Ludouicum nonum  
Reges Cr. <sup>mos</sup> duorum nomine signos censuerunt. Antistites autem Galliae ~~et totus~~  
ordo Ecc. <sup>cup</sup> ex illarum legum praescripto pie et Christiane Ecclesiam Gallicanam ~~ter~~  
~~serunt~~, et gubernauerunt, idq; non tantum post pragmatica sanctionis aut concor-  
datorum (ut quidam falso existimant) tempora, sed etiam quadringentos annos  
et amplius ante editum librum decretalium. Has deinde leges partim succedentibus  
et in earum locum substitutis decretalibus antiquatas partim magno Ecclesiae Galli-  
canae studio editis Philippi Pulchri et Valerij Caroli v. vi. vii. et aliorum Regum  
Cr. <sup>mos</sup> tutatas et defensas, se quoque Regem et Carolum (cuius nominis regibus  
singulari Dei prudentia religio Catholica praecipue cura fuit) nunc maiore factu  
uehementer cupere ut leges libertasq; Ecc. Gallicanae postremis temporibus non,  
nihil ambitiosorum hominum importunitate immutata posteris suis sarta et  
tecta relinquantur. Nihil enim contemere quod repugnet: immo omnino consen-  
tire cum dogmatibus Ecc. Catholicae, antiquisque Pontificum et Conciliorum de-  
cretis. Non prohiberi Ep. (si uelint) totum annum in Ecclesia residere, sin-  
gulisque diebus uerbum Domini annunciare et alia munia Ecc. praestare.  
Non prohiberi Ep. sobrie, iuste et pie uiuere, cumq; usuarij tantum, et non  
domini, uel usufructuarij sint, omnes Ecc. proventus (solo nudo usu excepto)  
pauperibus (qui bonorum Ecc. domini sunt) dare, ac potius dispensare  
ac reddere. Non prohiberi Ep., ut facilius et liberius uacent orationi,  
praedicationi et alijs muneribus spualibus asciscere sibi Diaconum exemplo  
Apostolorum, aut Oeconomum secundum Chalcedonen' decretu', qui totius rei fami-  
liaris, et redditus Ecc. omnem curam suscipiat. Non prohiberi ut ij solum



Pastores eligantur, quorum uocem nisi oues intellexerint, nunquam non ex-  
zabunt, etiam si Pastor septingenta pedes Sabuerit. et hoc esse instar omnium  
examinum Non prohiberi Epum, qui neque sacras literas docere, neque predi-  
care nunquam didicerit, se episcopatu (ut debet) abdicare. benemeritum autem  
qui per aetatem, aut morbum amplius eo munere fungi non potest, coadua-  
zom accipere, et in hac tantum specie pensionem fructuum annuam retinere.  
Nam si extra hanc speciem, ut pluralitatis prohibitionem eludat, pensionem  
constituere uoluerit, aut noua personarum et beneficiorum differentia anti-  
quis illis Patribus et bonis saeculis incognita, pluralitatem uel in fauorem  
renunciationem aut cum regressu, mandata de prouidendo expellat, annatas,  
annatas, praerogationes, impetrationes et alia litium seminaria causetur  
et defendat. Si quis de possessione rerum spiritualium coram alijs, quam  
Regis iudicibus: de proprietate autem uel quacumque ciuili, aut crimi-  
nali causa coram alijs quam ordinarijs iudicibus ecc<sup>is</sup> aut in Gallia dele-  
gatis a Sum. Pont. contendere uelit. Si quis antiquissimam appellationem  
ab abusu, cuius etiam hinc capitibus mentio fit, et cui tantum in Gallia  
locus est, quo remedio Galli soliti sunt eludere, non Summi Pont. cui  
semper eum honorem, quem debent deferunt, sed impetrantes contra illam  
mentem surreptitias et obreptitias literas, contra sancta ecc<sup>ie</sup> decretis anti-  
quissimas Regis constitutiones impediatur, aut Reges (Cres<sup>mos</sup> Francorum  
primum deinde totius Galliae Reges et Dominos omniumque fere Galliae  
ecc<sup>is</sup> fundatores et patronos omnibus regni sui bonis et prouentibus etiam  
ecc<sup>is</sup> instante et urgente necessitate Neq: qua nulla maior necessitas aut  
paupertas excogitari potest, ut sciant Regis potestatem non ab hominibus  
sed a Deo datam, leges item Galliae antiquissimas, et libertatem ecc<sup>ie</sup>  
Gallicanae impedimento sibi fore. Mirari nunc Regem Cres<sup>m</sup> quo-  
modo uos Patres S<sup>m</sup> quorum ecc<sup>cam</sup> in ministerio uerbi Dei potestatem  
ille maximam agnoscit, reuerenter colit et suspicit. uos inquam qui tantum  
uestra causa (hoc est) ad restituendam ecc<sup>cam</sup> disciplinam huc conuenistis  
re infecta ad reformandos eos, quibus etiam discipulis obediendum et pro illis



<sup>in vobis</sup>  
 semper, orandum est, studia uestra transferre uelitis. Nec satis posse intelligi  
 quomodo Reges et Principes qui a Deo sunt, et a Deo hominibus dantur qualescunq;  
 tandem sint, primo quoq; tempore, nec prius moniti (quod ne in plebeum quidem  
 hominem fieri deberet, nisi monitum et in grauissimo delicto perseuerantem ana-  
 thematizari possint uel debeant. Michaelem Archangelum non ausum diabolo  
 notam maledicti impingere. Non Micham aut Danielem impijs Regibus  
 Achab et Nabuchodonosor. uos autem Reges et Principes omnium Ecclesiarum  
 nutritios, et Regem <sup>maximum</sup> Eccl<sup>ie</sup> Rom. et sum. Pontificum propugnatorem  
 (cuius propterea mentionem saepe faci<sup>mus</sup>, quod haec faba praecipue in eum caditur)  
 si maiorum uorum antiquissimas leges suaq; Eccl<sup>ie</sup> libertatem tueatur, omnibus  
 laicis deuocere. Itaque a uobis S<sup>m</sup> P. petere ut nihil contra uetustissimas  
 Galliae leges, ueramq; libertatem, et auctoritatem Eccl<sup>ie</sup> Gallicanae decor-  
 natis. quod si feceritis, iubere ut nos secretis uestris intercedamus, ut  
 nunc, si feceritis, intercedimus: sin placuerit in eam tantum reformationem  
 incumbere, quam totus orbis a uobis expectat, non solum id sibi gratissimum  
 fore, sed etiam iubere ut nos quantum fieri poterit, uestra studia et conatus  
 sua aude uiuemus. Haec est summa mandatorum regis <sup>maximi</sup> Eccl<sup>ie</sup>  
 Audite nunc P. S<sup>m</sup> et diligenter considerate ut de nobis aliqua addamus  
 num aequa et iusta sit Regis postulatio? num ea quae superius comme-  
 morauimus in Gallia permissa et prohibita deberent in uniuerso orbe  
 constitui et prohiberi. Num oporteat uos omnes hoc praecipue tempore  
 infelicitissimo miserezi domus labentis, non quidem Eccl<sup>ie</sup>, pro qua  
 semper orat et interpellat is qui pro sua reuerentia semper exaudi-  
 tus est, uerum labentis uestra exi<sup>stimationis</sup> et Eccl<sup>ie</sup> prouentuum  
 qua non, <sup>possunt</sup> alijs artibus retineri, quam quibus initio parata sunt. pro,  
 felto debemus omnes aduentante Cr<sup>o</sup> resipiscere, et non clamare, proice  
 nos in gregem porcorum. Vultis P. S<sup>m</sup> Reges et Principes reformare?  
~~laudamus, si fiat ut Paulus noster dixit non uestro sed civili modo~~  
~~sed in tempore.~~ Vultis antiquam Eccl<sup>ie</sup> disciplinam restitueri? Vultis  
 aduersarios uestros, aut potius nros, ad resipiscendum cogere? Vultis  
 obseruare Eccl<sup>iam</sup> Regem illum optimum, qui ut corruptos Eccl<sup>ie</sup>



sua mores emendaret, non solum non fecit quod Ahasar rex impius  
pater fecerat, sed nec etiam id quod proximi Reges Joatham avus,  
Azarias proavus, Amasias Abavus, et Joas atavus, nec enim ij ex-  
celsa evertent; Verum ad maiores ascendit et exemplum Josaphat  
qui altaria sustulerat sibi proposuit. Sic hodie proponendi sunt vobis  
non Patres, non avi, non proavi, qui etsi py et docti fuerint Episcopi  
nostra tamen tempora turbulentissima non viderunt. Ergo ascendendum  
est altius ad maiores usq; Ambrosium, Aug<sup>m</sup> Crystost<sup>m</sup> et illius temporis  
Epos Cath<sup>cos</sup> quibus idem fuit olim negotium cum Donatistis et alijs  
Sacerdotibus, quos (licet plures Catholicis essent) tamen devicerunt,  
non armis, aut principes ad bellum provocando curandoq; interve-  
nedurus, sed orationibus, bona vitæ exemplo et assidua, summaq;  
verbi Dei predicatione. sic boni illi Patres cum se prius Ambrosios  
Augustinos Crystostomos formassent, haeresibus ecclesiam purgarunt  
et Principes Theodosios, Honorios, et Arcadios effecerunt. Idq; vos  
etiam facturos illorum exemplo speramus, atq; ut brevi faciat  
oramus Patrem omnipotentem Domini nri Jesu Christi